Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



fere

hec dicit dnus Si conuerteris conuertam te et ante faciem meam stabis
et sicut os meum eris Convertentur ipsi
ad te et tu non conuerteris ad eos et dabo te populo huic in murum ereum
et fortem et bellabunt adversum te et non prevalebunt quia ego sum tecum
ut salvem te et eruam te dicit dnus Et liberabo te de manu pessimorum
et redimam te de manu fortium Sancti 16m

XVI

Et factum est verbum dni ad me dicens Non accipies vxorem
et non erunt tibi filij et filie in loco isto quia hec dicit dnus Super filios
et filias qui generantur in loco isto et super matres eorum que genuerunt
eos et super patres eorum de quorum stirpe sunt nati in terra hac morientur
egritudinum mortem non plangentur et non sepelientur Sed sicut
stercus super faciem terre erunt et gladio et fame consumentur Et erit
cadauer eorum in escam volatilibus celi et bestijs terre Hec enim dicit dnus
Ne ingrediaris domum convivij nec vadas ad plangendum nec
consolaberis eos quia abstuli pacem meam a populo isto dicit dnus misericordiam
et miserationes et morientur grandes et parvi in terra ista
non sepelientur nec plangentur et non se radent nec calvitium fiet pro
eis et non frangent panem in luctum ad consolandum super mortuo
et non dabunt eis potum ad consolandum super patre et super
matre Et domum convivij non ingredieris ut edas ad eos et ut comedas
et bibas quia hec dicit dnus exercituum deus israhel Ecce ego
auferam de loco isto in oculis vestris vocem gaudij et vocem letitie
vocem sponsi et vocem sponse Et cum annunciaueris populo huic omnia
verba hec et dixerint tibi Quare locutus est dnus super nos omne
malum grande istud quae iniquitas nostra et quod peccatum nostrum quod
peccauimus dno deo nostro Dices ad eos Eo quod reliquerint patres vestri
me ait dnus et abierunt post deos alienos et seruierunt eis et adorauerunt
eos et me dereliquerunt et legem meam non custodierunt Sed
et vos pejus operati estis quam patres vestri Ecce enim ego sequor abulat
post pravitatem cordis sui mali ut me non audiat Et eiciam vos
de terra hac in terram quam ignorastis vos et patres vestri et seruietis
ibi diis alienis die et nocte qui non dabunt vobis requiem Propterea
Ecce dies venient dicit dnus et non dicent ultra Viuit dnus qui
eduxit filios israhel de terra egypti Sed viuit dnus qui eduxit filios